Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Dissipa gentes hoc ē hereticos. qui uolunt bella. id contentiones contra ecclesiā. Commonet pphetu gentium populos. ut offerent. Legati. idest aberrore conuersi. munera. hoc est animas suas amundana sordo purgatas. Sic ethiopia commonetur. nese turdat dō tradere. sicut se uicti piectis armis uictorib. perman tradunt. ut periculū mortis euadant.

Nam cui dō psalli debet exponit. qui ascendit utiq. priusdecaelo. descendit adliberandum infirmitatis nrūe naturam. ipse ascendit qui sedet ad dexteram patris. Adorientem. hierosolimam euidenter ostendit. quae est inorientali parte collocata. unde dn̄s uidentibus apostolis. ascendit adcaelos.

Mirabilis. siue inangelis siue inhominibus scīs. dabit dn̄s fidelibus suis. uirtutem pacientiae. et fidei fortitudinem. ut possint adaeternu premiu peruenire. Nam etqui scripturas scās meditatur. Benedicit dm̄. etqui eius iussu compleuerit. benedicit. etqui ei confitetur. benedicit dm̄.

Dissipa gentes quę bella uolunt. uenient legati ex ęgypto. ęthiopia pręueniet manus eius dō.

Regna terrę cantate dō. psallite dn̄o. dp̄

Psallite dō: qui ascendit super cęlum cęli. adorientem.

Ecce dabit uoci suę uocem uirtutis date gloriam dō. super israhel magnificentia eius. & uirtus eius innubibus.

Mirabilis ds̄ in scīs suis. ds̄ israhel ipse dabit uirtutem & fortitudinem plebi suę: benedictus ds̄.

INFIN̄ PROHIS QUI COMMUTABUNTUR DD̄.

Xp̄s deprecatur ut saluus fiat apatre quō gratus est

Regnu terrae. omne genus humanum significare uoluit. Cantate. adanimae respicit puritatem. Psallite. adoperu quę dn̄o probantur acceptu.

Dabit etiam uocem uirtutis suae. quando in nouissimo die ut resurgat humanum genus edixerit. Quid fortius quam reuocare fauillas adcorpus. Nam qui dō dat gloriam. se facit esse laudabilem. Super israhel magis dm̄ quam carnalis israhel honorate. quia ille labiis. uos corde. Magnificentia. quia semper magnu facit. Uirtus. quia imperio eius famulatur opus. Nubes. apostoli. et prophetae.

Pro his qui commutabuntur. Istu igitur commutatio. significat populos xp̄ianos. qui ueteris hominis priuitate depositu. innouę regenerationis sunt munere commutati.